

CODEXEINK FORRÁSAI.

II.

(Göm.-c. 216. l. — Theor.-c. 83. l.)

Salutationes

ad omnia membra Christi, quas qui devote dixerit, pro quolibet Salve CCC dies indulgentiarum obtinebit.

Salve tremendum cunctis potestatibus, caput domini nostri Jesu Christi pro nobis spinis coronatum et arundine percussum.

Salve speciosissima facies Christi pro nobis consputa et alapis cesa.

Salvete benignissimi nostri Salvatoris oculi pro nobis lachrymis perfusi.

Salve sacrum os, gutturque svavissimum, pro nobis felle et aceto potatum.

Salvete Christi aures nobilissimae, pro nobis opprobriis et contumeliis afflictæ.

Salve collum humile, pro nobis colaphisatum, dorsumque sanctissimum pro nobis flagellatum.

Salvete venerabiles manus et brachia pro nobis in cruce extensa.

Salve pectus domini mitissimum pro nobis in passione conturbatum.

Salve latus gloriosum, pro nobis lancea militis perforatum.

Salvete veneranda genua, pro nobis in oratione flexa.

Salvete pedes adorandi, pro nobis clavis affixi.

Salve corpus Jesu totum, pro nobis in cruce suspensum, vulneratum, mortuum, et sepultum.

Salve sanguis speciosissime, pro nobis de corpore Christi profluxæ.

Salve sanctissima Jesu Christi anima, in cruce in manus patris commendata.

In eadem commendatione commendo tibi hodie et quotidie animam meam et vitam meam, cor et corpus meum, omnes sensus et actus meos, omnes benefactores et consanguineos meos et animas parentum, fratrum, sororum, et omnium amicorum meorum, ut nos regere, protegere, defendere et liberare digneris ab omnibus insidiis inimicorum nostrorum, visibillum et invisibillum hic et in perpetuum. Amen.

(*Pozs.-c. 17. l. — Peer c. 173. l. — Lobk.-c. 244. l. — Thewr.-c. 206., 399. l.*)

Orationes

dicendae ante imaginem pietatis, quae apparuit Sancto Gregorio, et debet dici cum septem pater noster et totidem Ave Maria, pro quibus sunt maximae indulgentiae ab eodem sancto Gregorio et aliisque plurimis summis pontificibus concessae.

O domine Jesu Christe adoro te in cruce pendentem et coronam spineam in capite portantem, deprecor te ut tua crux liberet me ab angelo malo percutiente, Amen. Pr. noster. Ave.

O domine Jesu Christe adoro te in cruce vulneratum, felle et aceto potatum, deprecor te ut vulnera tua sint remedium animae meae. Pr. noster. Ave ma.

O domine Jesu Christe, rogo te per illam amaritudinem passionis tuae, quam in hora mortis sustinuisti, maxime tunc quando anima tua sanctissima de benedicto tuo corpore est egressa, miserere animae meae in egressu suo de corpore meo, et perduc eam in vitam aeternam. Amen. Pr. noster. Ave ma.

O domine Jesu Christe adoro te in sepulchro positum myrrha et aromatibus conditum, deprecor te ut mors tua sit vita mea. Amen. Pr. nr. Ave ma.

O domine Jesu Christe adoro te descendentem ad inferos et tuos inde liberantem, deprecor te, ut illic nunquam me patiaris introire. Amen. Pr. nr, Ave ma.

O domine Jesu Christe adoro te a morte resurgentem et ascendentem in coelum sedentemque ad dexteram patris, deprecor te ut illic te sequi et tibi praesentari merear. Amen. Pr. nr. Ave.

O domine Jesu Christe pastor bone, justos conserva, peccatores justifica, omnibus fidelibus miserere et propitius esto mihi misero et indigno peccatori. Amen. Pr. nr. Ave.

(*Pozs.-c. 46. l. — Thewr.-c. 88. l.*)

Oratio aurea de beata Virgine.

Ave rosa sine spinis,
Te quam pater in divinis
Maiestate sublimavit,
Et ab omni veh servavit.

Maria stella dicta maris.
Tu a nato illustraris,
Luce clara deitatis,
Quae praefulges cunctis datis.

Gratia plena te perfecit,
Spiritus sanctus dum te fecit,
Vas divinae bonitatis,
Et totius pietatis.

Dominus tecum miro pacto
Verbo in te carne factio
Opere trini conditoris
O quam dulce vas amoris.

Benedicta tu in mulieribus,
Hoc testatur omnis tribus,
Coeli dicunt te beatam,
Super omnes exaltatam.

Et benedictus fructus ventris tui,
Quo nos semper dona frui,
Per praegustum hic internum
Et post mortem in aeternum Amen.

(Peer-c. 169. l. — Lobb.-c. 347. l.)

Haec oratio multum est efficax, et beatæ Virginî comprobatur esse accepta valde atque grata.

Ave ancilla sanctæ trinitatis omnium rerum domina.

Ave filia dei patris Maria, super omnes puras creaturas dignissima.

Ave sponsa spiritus sancti Maria, dei et hominum clemens mediatrix.

Ave mater domini nostri Jesu Christi Maria veri dei genitrix.

Ave soror angelorum Maria coelorum imperatrix.

Ave promissio prophetarum Maria figurarum et scripturarum consummatrix.

Ave regina patriarcharum Maria pulchritudo et gloria omnium creaturarum.

Ave magistra evangelistarum Maria illuminatrix orbis terrarum.

Ave apostolorum doctrix Maria fidelissima filii dei alitrix.

Ave martyrum confortatrix Maria miserorum refugium et auxilium.

Ave laus et decor confessorum Maria spes, salus, virtus et vita justorum.

Ave honor et speculum virginum Maria virgo ante partum, in partu et post partum.

Ave forma et norma viduarum Maria atque omnium mulierum castarum.

Ave consolatrix vivorum et mortuorum, mater gratiæ et misericordiæ Maria, mecum sis in omnibus causis, temptationibus, angustiis et periculis meis ac in hora mortis meae. Amen.

EGY SAJTÓHIBA TÖRTÉNETE.

Fraknoi *A hazai és külföldi iskolázás a XVI. században* című munkája 263. lapján a krakói burza 1516. évi tagjai közt a következő bejegyzést olvassuk:

Emericus de Makofalva.

Zec Emericus Presbiter Ciskamarinus in suo Senioratu compilavit: Scrkbb fsbkbs df zbkkl fxbxkkt etc. (vagyis: Scriba Esaias de Zakkol exaravit stb.)

Ebből a *Zec Emericus*-ban Békési Emil az *Irodalomtörténeti közl.* II. k. 32. lapján *Szék Imre* nevű XVI. századi író ismételten föl.

Ha azonban dr. Schrauf Károly *A krakói magyar tanulók-háza Jakóinak jegyzéke* című munkáját felnyitjuk, a 19. l. 525. sorsz. a. a Fraknoi közlötté szöveg így hangzik:

Emericus de Makofalva.

Hec Emericus presbiter Ciskamarinus stb.

Ebből nyilvánvaló, hogy *Szék Imre* csak egyszerű sajtóhibának köszöni megszületését. A második sor azt teszi, hogy ezeket (t. i. a fentebbi neveket) Kiskomári Imre pap gyűjtötte össze (compilavit) és Szakoli Ézsaiás íródeákjával iratta be (exaravit) a bursa albumába.

Ha valósággal *Szék Imre*ről lehetne itt szó, a latin szókötés szabályai szerint *Emericus de Zec* állana a névsorban. BOROVSKY SAMU.